40757

CONCLUSIONES THEOLOGICÆ. DE SANCTISSIMÆ TRINITATIS MYSTERIO

nec non

De Primo Homine & Angelis

Juxtà

Mentem Subtilis Marianiq;. Doctoris

JOANNIS DUNS Scoti

Scholasticæ Disputationi

Expositæ

Quas

NOMINI & HONORI

Celsissimorum PRINCIPUM.

JOSEPHI SANGUSZKO

Krzemencensis Capitanei.

&

HIERONYMI SANGUSZKO

Czerkassiensis Capitanei

Olim.

CELSISSIMI PRINCIPIS PAULI SANGUSZKO M.D.L. MARESCHALCI.

MAGNÆ SPEI FILIORUM

Suorum verò

Faventissimorum Mæcenatum ac Fundatorum profunda Veneratione

DICATAS

Studium Theologicum Ordinis Minorum S. P. Francisci Capucinorum in Conventu Varsaviensi ad Transfigurationem Domini ad Defendendum.

Suscepit.

Anno Domini. MDCCLIV Mense Februario

Die. 6

DEcertaturi pro arcano TRINITATIS Myſterio vobis Secundis Spectatoribus ad ſpes ſecundas animos erigimus PRINCIPES Celſiſſimi! quemadmodùm enim nullibi ſecuriùs Orthodoxa Sarmatici Orbis Religio ſpes ſuas Collocare valet; ità ſubtilis Seraphicæ Religionis Schola Acatholicorum errores expugnans, Judaismi cæcitatem demonſtrans, Paganorum pertinaciam perfringens, nullibi Glorioſiùs ſperat triumphare, quàm

VESTRO innixa præſidio; Vos itaq; in hac do cta acie eruditi conflictûs veneramur Specta tores, quos Respublica Heroes, Patria Defenſores, Fides catholica ſuos Zelatores tum docta arte tum ſecundo Marte non vano omine opinatur. Triplex enim in Vobis eminet Scutum, quod pro defenſione Ter Opti: Max: Numinis hoſtili ferocitati opponatis; Triplex eminet ſcutum, ſed in uno coadunatur fine; nimirum quia ſcitis, vultis, ac poteſtis; nec quidquam aliud ſcire velle poſſeq; contenditis, quàm ut unicè ſciatis velitis poſſitisq; Gloriæ DEI ac Myſteriorum Fidei Ejus ſtrenuiſſimi Tutelares, Decertatores req; ipsa zeloſiſſimi Heroes ex ſtere. Prædicare de Vobis id minimè non præsumimus dum certò conjecturare poſſumus, quod prædicare non dubitamus. certò autem conjecturare poſſumus dum experimentum in eo didicimus á quo Vos non

de-

degeneres esse totus conspicit orbis Polonus. Dedit itaq; hujus rei pateticum satis experimentum Celsissimus PRINCEPS PAULUS SANGUSZKO Mareschalcus M. D. L. Genitor Vester, qui ut sciret ac in hac laudabili scientia profecisse valeret, Vobisq; ad legendum discendum ac perpetuæ memoriæ demandandum accommodaret aptè, aureis literîs in aureo Senatorum insigni & ad obtutum Vestrum ad exemplum totius universi expressum habuit & in pectore honorificè gestavit, pluriesq; stylo ferreô Hostium cervicibus impressit: pro fide mori præclarum est. Unde Celsissimi PRINCIPES sicut non degeneres ità genitoris vestri imitatores strenuissimi non tantùm sufficientem legistis, verum etiam superabundantem hucusq; cumulatis scientiam qua fronte quo Marte vel qua arte in ferendo Fidei orthodoxæ propugnaculo procedendum

dum

dum ſit. Vultis dixi. quia non Vultis Majorum veſtrorum non imitari veſtigia, non ſectari rectefactorum exempla, non vendicare glorioſorum facinorum documenta, non hæreditare honorum Inſignia. Quia verò non tantum Illuſtriſſimorum, Celſiſſimorum, Eminentiſſimorm verum & ſereniſſimorum Auguſtiſſimorumq; honorum ſpeciale documentum eſt ſtemmatibûs Fidei inſigniri, Ideo minimè non vultis quærentem ſubſidia Fidem ſub veſtrum benignum admittere Patrocinium. Nec ſuum poſſe deeſt volitioni, etenim Gentilicius SANGUSCIANÆ Domûs Eques in Cruces Juratus cui non ad oculos evaginatô Armorum ſuorum gladiô explicat Potentiam? cui non ad captum dat intelligere quod quemadmodùm in continuo ſpectatur curſu ita in deſinenti ſollicitudine crucis inimicos ſive catholicæ veritatis

anta-

antagoniſtas perſequitur ac percellit. Præterea Ditiſſimus PRINCIPATUS veſter, Illuſtriſſima cognatorum Proſapia, Antiquiſſima Generis Nobilitas, Nominis Honoranda Magnitudo, Dignitatis humillimè veneranda Celſitudo quid clarius quàm ſummam in omni ratione potentiam; quid luculentiùs quàm abſolutam poteſtatem, quàm indefeſſum in propugnando Robur, quam invincibilem in protegendo virtutem, quam gravem in promovendo Authoritatem, quàm firmam in exequendo voluntatem, quàm prudentem in moderando hæc omnia ſcientiam denotant ac ſignificant. Poteſt ergo patrius orbis non in herba (quia in flore vernantiſſimæ Iuventutis veſtræ:) ſpem ſuam colligere de futuro proſperitatis ſuæ eventu quem certo affuturum magnæ Spei Filiorum Scientia voluntas & Potentia appromittit. Poteſt Reſpublica

plus

plus quam certos sive pro sua defensione expectare HEROES sive pro suo ornamento gratulari PRINCIPES sive pro magno ferendorum consiliorum adminiculo polliceri SENATORES. Potest orthodoxa Religio infallibili ominari vaticiniô in cruces Avitas Iuratos suæ veritatis Zelatores. Potest & nostra Religio fixum stabilitatis suæ conjicere fundamentum, quam quemadmodum duorum Conventuum erectione munifica Antecessorum firmavit Liberalitas sic & vestra fulcire non desinet Munificentia. Potest deniq; nostrum Studium tantam sibi polliceri Gloriam & Gaudium quantum defacto habet honorem dum Vestro Celsissimo NOMINI PRINCIPES Benignissimi præsentem doctrinæ suæ disputationem, humillimis precibus dedicat consecratq;. Quinimo longè plura universus Orbis de Vestra tanquam magnæ spei Filiorum Indole sperare potest quàm quæ dixi.

EX
TRACTATU
DE
Sanctissima TRINITATE

I.

SAlva Simplicitate Essentiæ divinæ Datur TRINITAS Personarum; hoc tamen Mysterium Trinitatis seclusa revelatione divina nequit ratione naturali demonstrari; suaderi tamen potest probabiliter ex rebus naturalibus.

II.

TRes tantùm sunt in divinis personæ, quæ distingvuntur realiter, suntq; invicem consubstantiales.

III.

DAntur in DEO Processiones ad intra, secundùm quas una divina Persona procedit ab alia & tales processiones sunt duæ suntq; veræ actiones vitales, &

quidem respectu Filij est dictio respectu Spiritûs Sancti Spiratio activa.

IIII.

TErminus totalis Processionum Divinarum *ad quem* est tota Persona producta, terminus verò *ad quem* formalis est ipsamet natura Divina communicata Personis productis.

.V

DAntur in DEO Relationes Originis propriè & verè reales, tam secundùm esse *ad*, quàm secundùm esse *in*, & tales sunt quatuor; videlicet: Paternitas Filiatio, Spiratio activa, & spiratio Passiva.

VI.

QVæ inter se distingvuntur realiter, videlicet: Paternitas á Filiatione & Spiratio activa à Spiratione passiva; Spiratio támen activa à Paternitate & Filiatione non differt nisi formaliter ex natura rei.

VII.

VII.

RElationes Originis secundùm suum conceptum formalem, nullam dicunt perfectionẽ, neq; sunt finitæ nec infinitæ.

VIII.

PRæter existentiam Essentiæ absolutam dantur adhuc tres relativæ, similiter: sunt in Divinis tres subsistentiæ Relativæ Personarum, præter quas est una subsistentia absoluta, quâ natura Divina, ut singularis subsistit.

IX.

Dantur in Deo notiones quinq;: Innascibilitas Paternitas. Filiatio, Spiratio activa, & Spiratio Passiva.

X.

VErbum Divinum non procedit ex Cognitione creatuarum, sed ex Cognitione Essentiæ Divinæ, & omnium quæ in Deo continentur formaliter.

XI.

DE Fide est Spiritum Sanctum tam à Patre quàm Filio procedere, si tamen ex hypothesi impossibili non procederet a Filio adhuc realiter distinqueretur ab illo.

EX
TRACTATU de Primo Homine & Angelis.

I.

HOmo Creatus est ad similitudinem & imáginem Dei, & probabilius est Adamum extra Paradisum formatum esse, Evam autem in Paradiso, qui Paradisus non fuit extrà hunc mundum conditus, sed creditur situm habuisse in Finibus Mosopotamiæ & Arabiæ orientalis.

II.

Adam post creationem suam accepit gratiam sanctificantem ex meritis

Chri-

Christi venturi, cui inposuit Deus verum præceptum obligatorium ex genere suo sub reatu peccati mortalis, tale peccatum primum Evæ fuit inordinatus amor quo divinam excellentiam appetijt. Adami vero primum peccatum fuit inordinatus amor amicitiæ suæ uxoris.

III.

PEccatum primorum Parentum non fuit omnium gravissimum ratione malitiæ intrinsecæ, sed tantum ratione ingratitudinis & læsionis.

IIII.

PEccatum orginale contrahunt omnes posteri Adæ, quod est formaliter ipsum peccatum capitis manens in posteris moraliter quatenus omnes in Adam peccaverunt.

V.

FIdes docet existere Angelos, naturali tamen ratione evidenter nequit eorum

rum demonſtrari exiſtentia niſi ex congruentiis. VI.

ANgeli non componuntur ex materia, & forma Phyſica, et ideò ſunt intrinſecè incorruptibiles.

VII.

DAntur plures Species Angelorum ſub quibus etiam alij numerô differunt. VIII.

ANgelus loquitur Alteri Angelo producendo in eo conceptum objecti de quo loquitur,ità ut Angelus audiens paſſivé ſe habeat ad notitiam rei, de qua fit locutio. IX.

ANgelus eſt in loco per ſuam ſubſtantiam non per operationem, & in pluribus locis adæquatis eſſe non poteſt naturaliter. X.

ANgeli potuerunt peccare in primo inſtanti creationis, quorum pecca-

tum

tum primum fuit inordinatus amor ſui ipſius, qui á Theologis Philautia dicitur.

XI.

DÆmones cruciantur igne infernali non quidem Phyſicè, ſed ſolûm intentionaliter, ità dæmonis intellectum detinendo in loco & afficiendo, ut ad alia Objecta pro ſuo arbitrio non poſſit convertere ipsum.

A.M.D.G.B.V M.S.L O.C. Honorem & SS. OO. perennem Cultum & Venerationem.